



De hebdomadis quae apud Danielem sunt, opusculum ...

<https://hdl.handle.net/1874/428366>

DE HEBDO

MADIS, QVAE APVD DAS
nielem sunt, opusculum.

I E S V S.

HIC EST FILIUS MEVS DILECTVS
in quo placata est anima mea, ipsum audite. Huic enim test
flimonium ferunt omnes prophetæ à Samuele & dea
inceps quotquot loquuti sunt, quod remissio
nem peccatorum accepturus sit quis
quis in nomen eius crea
diderit.

TIGVRI APVD CHRISTOPHO=
rum Froschouer, Anno
M. D. XXX.

PETRO SIMLERO FRATRI CHA-
rissimo, Heinrychus Bullingerus, gratiam &
uitæ innocentiam à domino.



Vm diu mecum deliberasse, cui nam po-
tissimum dedicare hanc nostram, que est
de hebdomadis Danielis, lucubraciuncu-
lam, tandem tua, charissime Petre, singularis erga me
amicitia, pius item ille tuus animus sacrarumq; reru-
sifientissimus, iussere, ut unitibi nostram tñp εωια
χειροτρ offerrem, symbolum uidelicet gratitudinis
& mutui officij. Lege itaq; conatum nostru in re ar-
dua diligentius, & intelliges Iesu Christi domini no-
stri mysterium, multo luculentius, multo etiam eviden-
tius, quam hac tenus unquam. Nam usq; adeò hic pro-
phete locus expositus ac firmus est, ut nesciā an aliis
quiquam huic conferri possit. Intelliges confiteberisq;
ipse, certissima esse, quae ab apostolis tradita sunt, de
fide in dominum Iesum, uerum deum & hominem.
Lege igitur pio in Christū Iesum animo, & una cum
Volphango meccenate atque Vuernhero Lithonio,
imo & alijs in domino fratribus, hoc nostro labore
fruere, uiue & uale. Bremgarti XVIII.

Februarij, Anno ab orbe redempto

M. D. XXX.

DE HEBDO

MADIS QVAE APVD D^A

nicem sunt opusculum.



Emo qui
uiderit hoc no-
strum, de heb-
domadis quo-
apud Danie-
lem sunt, opu-
sculum, existi-
mabit temere
hoc esse à no-
bis cōscriptū,
aut ut ueteri-

bus praeiudicaremus incēptum; sed hoc potius sibi,
Christianā ducente charitate, persuadebit, pio arden-
tiq; in Christum Iesum animo id esse auspicatum. Nam
cum uiderem hunc prophetæ locum, adeo esse ad-
pertum ac firmum, ut contra eum neq; Iudæi, Chri-
stianorum calumniatores, neq; Hæreticorum phalan-
ges, Christum blasphemantes, adde ne ipse quidem
inferorum portæ, quicquād ualerent: interim uero
tam libētē tamq; diuersimodè à Græcis pariter et Læ-

DE HEBDOMADIS

timis, tractatum: non indignum putavi Christiano no-
mini, si & ego uiriculas meas experirer, & ad Chri-
sti redemptoris gloriam, in re pia, toties, tamq; uarie
tractata, exercerem ingenium. Quod si non licet res,
a magnis alias uiris, tractatas, retractare, cur hodie
prophetarum una cum Apostolorum litteris tracta-
mus? Aut quis est qui nesciat ueteres ista omnia sum-
ma tractauisse diligentia? Præstat ergo illos imitari,
quam eorum diligentia per otium & ignauiam ab-
uti. Et diuersa sunt dona spiritus, attamen prophetarum
interpretum'ue spiritus, prophetis ipsis subiici-
untur: ut omne hic collabatur præiudiciū: Quod cum
in omni ætate fœdū sit, est tamen in adolescentia lon-
ge fœdissimum. Quare nos liberum uolumus esse le-
ctori, ut quoscunq; uelit sequatur, aut deniq; ipse ta-
le quidpiam, ueritatis indagande studio, cōmentetur:
cum & diuus Apostolus præcipiat, Spiritum ne extin-
xeritis, ipsasq; explanationes ne contempseritis. O-
mnia uero probate, & quod bonum fuerit tenete.

Ante q[uod] uero nostra proferamus, principio adscri-
bemus ipsa Danielis uerba, deinde cōputationes ue-
terum subiungemus. Sunt autem hæc ipsa Danielis
uerba in capite IX.

Septuaginta

Septuaginta hebdomades præscriptæ sunt populo tuo & sanctæ tuæ urbi, intra quas ne phandis istis flagicijs, terminus aliquando alius, statuetur, diluentur etiā peccata, delictumq; inueniet expiacionem: deniq; & sempiterna profere tur iustitia: tunc & uisio & propria explicabuntur, & inaugurable tur sanctus sanctorum.

Cæterum sic, ea quæ diximus, intelligas uelim, quod ab ea copia quæ uobis dabitur, ut Hierosolymam repetere, eāq; possitis denuò reædificare, usq; ad Christi Messiae ue principatum, erunt hebdomades septem & sexaginta duæ. Habitabitur enim ac denuò reparabitur urbs unà cū mœnijs: quāquam non sine magna eorum tem

DE HEBDOMADIS

porum afflictione. At post hebdomades istas sexaginta duas excindetur Christus, sed ne quicq;. Civitatem autem istam, atq; illud ipsum sanctuarium, depopulabit uastabitq; exercitus imperatoris futuri & à longinquo ueniētis, eritq; occasus eius similis cataclysmo, ipsa uero desolatio sic statuta est, ut simul ad finem belli fiat.

Atq; in postrema ista hebdomada, testamentum cum multitudine sancitum, cōfirmabit, inq; eius hebdomadis dimidio abrogabit uictimam & oblationem. Sed ipsum locum uastabit ad internitionem usq; abominanda desolatio, quæ tamen certos sibi terminos habet præscriptos.

Huc

Huc usq; bona fide, Danielis uerba adscripsimus,
magis tamen ex Hebræorum fontibus, quam Græco-
rum riuiulis, lectionē deriuantes. Sed & sensum non
nunquam malui, quam uerbū uerbo reddere: id quod
& Hieronymus fieri præcipit, in libro de optimo in-
terpretandi genere ad Pammachium. Verum ne quis
nostra caluniari posse, adscripti etiā latina, ut de uer-
bo penè ad uerbū ex Hebraico à nobis sunt translata.

Septuaginta hebdomades deter-
minatae sunt super populum tuum
& super urbem sanctam tuam, ad
consumandum scelus, & ad obsi-
gnanda peccata, & ad expiandam
iniquitatem, & ad proferendam iu-
stitiam perpetuam, & ad obsignan-
dam uisionem & prophetiam, &
ad unguendum sanctū sanctorū.

Et scias & diligenter obserues
ab exitu uerbi ad statuendū & ad
ædificandam Hierusalem, usq; ad
Messiam principem, hebdomades

DE HEBDOMADIS

Septem fore & hebdomades sexaginta & duas: habitabitur & construet latitudo siue platea & mœnia, idq; in angustia illius temporis.

Et post istas hebdomades sexaginta & duas succidetur Christus, & nihil ei, et illa ipsa vrbs & ipsum sanctuariū destruet populus imperatoris illius venturi, & finis eius in diluvio, & vscq; ad finem prælii definita desolatio.

Et cōfirmabit testamentū cum multitudine hebdomada vna, & medio hebdomadis cessare faciet hostiam & oblationem, & super habitationem abominatio desolationis, & abbreviatio fluet, eritq; super desolationem.

Hactenus bona (ni fallor) fide, uerba prophetæ appendix: nunc quid ueteres de hebdomadis senserint subiiciemus.

Septimus

Septimus ille Florens Tertullianus, inter Christias, Tertullianos scriptores longè eminentissimus, in libro adueranus. sus Iudeos, ubi pertractat Christi crucem & urbis excidium, computationem ausplicatur à primo Darij anno, in quo ista Danieli reuelata sunt, numeratq; ab eo usq; ad quadragesimum primum Augusti Octauij Cæsaris annum, quo ab Actiacaregnabat uictoria, hebdomades sexaginta duas, hoc est, annos quadrigentos triginta septem, menses sex, in diem Natiuitatis Christi. At reliquas septem hebdomades & subs diuisam, refert ad urbis expugnationem, numerans annos quinquaginta duos, menses sex, dicitq; ad hunc modum, septuaginta hebdomades esse adimpletas. Verum expendat secum lector, quomodo hæc congruant cum Daniele & regnorum historijs. Daniel dicit in primo anno Darij, filij Assueri, de semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldeorum: etiam addens de industria genus, parentem, & uictoriā. Et Tertullianus, in nomine errans, computationem init à Dareo Notho, qui patrem habuit Artaxerxes Longimanum, successorem Artaxerxes Mneneam, qui & sequndus est in catalogo Tertulliani. Quid quod hac computatione consequeretur Danielē ætate ducentos ac tredecim excessisse annos? Nam captiuitas septuagesimo tandem anno fini-

DE HEBDOMADIS

ta est, ipse uero admodum adhuc adulescens, tertio anno Ioiachim, abductus fertur in Babylonem. Huc accedit quod hic Dareus Nothus Babylonios non deuicit. Deuicit quidem Dareus Histaspis, sed is e semine Medorum non fuit, neque patrem Asuerum habuit, sed Histaspis. Deinde numerantur sceptri Persarum anni. 250. Macedonum autem siue Alexandrinorum 297. que omnia iam plures, quam. 437. annos, constituerunt: ut interim nunc non referam Augusti imperium usque ad Natiuitatem Christi: que etiam ipsa apud prophetam nullus est computationis terminus. Dicit enim, Usque ad principatum Christi. Ideoque uidetur Tertullianus contraria dixisse, siue Danielis spectes, siue regnorum annos. Neque aliunde haec possunt certius quam ex Gentium peti historijs.

Iam uero Eusebius Pamphili diligentissimus uestustatis indagator in octavo libro Συναγερμοῦ διδασκαλίων septem illas priores hebdomades refert ad templi edificium, quod quidem quadraginta et sex annis absolutum sit, uel iudeis testibus apud Ioannem in capite secundo. Addit idem istis. 45. annis treis alios ex Iosepho, quibus περιβολὴ templi et quedam alia perfecta sint, qui si. 45. annis addantur, constituant annos. 49. spatium septem hebdomadarum. Inde uero, hoc est, a septimo Darij Histaspis anno,

anno, usq; ad Alexandrum regem & pontificem, qui imperium tenuit. 27. annos: quiq; Hircanum habuit successorem, numerat residuas, 62. hebdomades, hoc est, à Cyro usq; ad Hircanum annos. 483. hunc uero Iosephus Hircanum uocat Christum, & ultimum ex Asmoneis numerat à orum genere unctum, in quo cessauerit iuxta legem Daniele dei pontificum successio. Relinquo autem & hanc ad Antiochentiam pijs lectoris iudicio. Ego enim non intelligo chum usq; 80, quomodo Danielis uerba queant de Hircano ho= hebdomadmine intelligi. Certe huic Christo, cuius Daniel memi des istas, nit, tribuitur sempiterna iustitia & redemptio, imò Antiq. li. & sanctus sanctorum uocatur: que sane nō possunt, 12. cap. 10 nisi de Christo Iesu, deo ex homine intelligi.

Aphricanus autem temporum scriptor nobilissimus Aphricanus, in quinto temporum uolumine, computationem canus. ausspicatur d. 115. anno regni Persarum, deducitq; inz de usq; in. 15. Tiberij annum hebdomades septuaginta. Cæterum numerat hic, non solaribus annis, sed lunariibus. Sed perpendat secum lector, an ultima ista hebdomada subdiuisa, recte præcesserit. 15. Tiberij annum: & an hoc figmentum de annis lunariibus & solaribus in adyta scripturarum intromittendum sit.

Certe Aurelius Augustinus grauiſſimus in rebus di- Augustinus uinis author de Ciuitate dei libro. 15. cap. 14. argumen- tis haud contemnendis astruit illos ipſos ueteribus

DE HEBDOMADIS

annos fuisse, quos & nobis temporum tulerit successio, eundemque prorsus utrisque esse numerandi rationem. Sed gratius fortassis fuerit eruditissimi hominis audire uerba: Prorsus (inquit) tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem uiginti & quatuor horae diurno curriculo nocturnaque determinant. Tantus mensis quantus & nunc est, quem luna coepit & finita concludit. Tantus annus quantus & nunc est, quem duodecim menses lunares, additis propter annum solarem quinq[ue] diebus et quadrante, consumantur. Hec ille. Aphricanum imitatus est presbyter ille Beda, natione Anglus, quem & Petrus Comestor subnotauit in scholastica Danielis historia cap. 10.

Beda.

Origenes.

Hippolitus.

Appolinarius.

Rabbi Solomon.

Vnus Origenes in hunc campum progredi noluit, sed uniuersam computationem diligenter lectori comisit.

Et Hippoliti uetusissimi scriptoris explanatio nihil ferè differt à Tertullianica, nisi quod postremantur hebdomadam refert ad Antichristi tempora.

At Appolinarius Laodicenus computationem auspicatur à Natiuitate Christi, inde uero usque ad Helicem tempora, computat septem illas priores hebdomades. Quid autem sequutus sit planè ignoro.

Explanatio uero Rabbi Solomoni à uero tam longe lateque disidet, ut pudeat meminisse. Sic ille hallucinatur in ratione temporum: ut iam non dicam de Agrippa

Agripparege quicquam, quem ille Christum uocat.
Post istos alios non uidimus qui pari diligentia, dif=
ficilem hunc Danielis locum tractauerint. Quare no=
bis condonandum adolescentibus, si omnia acu non
attigerimus. Nam nunc nostra exponimus æquo le=
ctoris iuditio.

Daniel ille desyderiorum uir & diuinarum rerum Daniel.
sittientissimus, perscrutabatur dei per Hieremiam elo=
quia, & mox diuina disponente prouidentia, incide=
bat in cap. prophetæ XXV. ex quo didicit Iudai=
cam in Babylone captiuitatem post septuagesimum
annum esse terminandam: quapropter animum ora=
tione transmittit ad dominum, obsecrans ut dominus
iuxta prophetæ promissum populu è captiuitate re=
ducat omniaq; restituat. Exaudiuit autē dominus pia=
uiri uota, misitq; angelum suum, ut is eam quam pete=
bat liberationem breui futurā nuntiaret, insuper etiā
am adaperiret mysterium Christi, sanctis omnibus rem
exoptatisimam, Danieli imprimis: interim quoq; ex=
poneret qd Dominus de Iudaco populo & urbe Hie=
rosolymorum constituisset, que quidē omnia istis ex=
plicantur uersibus, quos paulo ante adscripsimus,
quorum primus hic est.

Septuaginta hebdomades pre-

DE HEBDOMADIS

scriptæ sunt populo tuo & sanctæ
tuæ urbi, intra quas ne phandi s istis
flagitijs terminus aliquando aliq[ue]
statuetur, diluentur etiam peccata,
delictumq[ue] inueniet expiationem,
deniq[ue] & sempiterna proferetur iu-
stitia: tunc & uisio & prophetia ex-
plicabuntur, & inaugurabitur san-
ctus sanctorum.

Dispositio Principio teneas morem Hebraicū oportet. Sun-
mas enim carum rerum quas dicturi sunt, initio pro-
ponunt, deinde uero fuisus & clarius exponunt eas-
dem. Ad quem modum etiam Daniel in præsentiarū
unico hoc uersu primo totum reuelationis cōplete-
tur mysterium, quod mox multo perspicatius ac co-
piosius enarrat uersibus sequentibus. Ceterum hec
sunt quæ summatim proposuit: Quandoquidem ma-
gno populi desiderio & magna templi religione te-
neris, en exponam tibi paucis quid futurum sit, &
quid dominus de urbe & populo hoc constituerit.
Certus ergo annorum numerus est, quo transacto, sta-
tuit dominus sclera populi huius, quibus perpetuò
dominum

dominum prouocat, è medio tollere adeoq; radicitus
euellere. Quandoquidem is & urbem eruet & po-
pulum disperdet, quod Iesum Christum omnibus sa-
gulis desideratisimum semen non agnouerunt. Nam
& isto codem tempore manifestabitur Christus, à
Deo Iudaicæ genti imo & toti orbi dono datus: ut o-
mnibus ijs satis fatiat, que de eo scripta sunt in le-
ge & prophetis, nempe ipsum fore, ut unicum, sic
sempiternam iustitiam ac perlitationem, unicum &
eternum sacerdotē & sacrificium. Verum hæc quis-
dem προφητας inώς. Sed agé retractemus singula,
primumq; dicamus de hebdomada.

Hebdomada pro septenario numero, non dierum, Hebdo-
sed annorum accipi debet. Sic enim Græci numerum mada.
septenarium uocant εβδομάδη: & Hebræi discri-
minat in loquuntur in utramq; partem, numerantes
dierum et annorum hebdomades. Sic Gene. 29. Imple
(inquit Laban) Hebdomadam dierum huius copule.
Intellexit enim septem dies, & si non ignorem quid
senserit Iosephus. In Leuitico autem: Numerabis tibi
(inquit Moses) septem hebdomades annorum, id est,
septies septē, que simul satiunt quadraginta nouem,
Leuit. 25. Quo ex loco & has Danielis estimamus
hebdomades, nempe septuaginta multiplicanda esse
per septem, quibus colliguntur anni quadringenti

DE HEBDOMADIS

nonaginta, spacio uidelicet septuaginta hebdomad
darum.

Intra hoc annorum spacio ait fore, ut consumen-
tur nephanda Iudeorū scelera siue flagitia ύψη
εμφατικώς καὶ διεκτικώς illa inquam insignia sce-
lera, à ύψη, unde etiam Græci συντελεσθήσονται
μαρτίου. Est autem ἐμπάτια voluntarium scelus,
nempe, cum quis peccat, non nescius, quād indignan-
rem patret. Sic legimus in euangelio secundum Lu-
cam, murmurasse legisperitos, ὅτι παρότι ἐμπάτω
λῶ ἀνθράξ εἰσῆλθε καταλῦσαι, nimis quod di-
uertisset ad hominem, haud vulgariter minimeq; ma-
litiose errantem, sed celestissimum. Talis enim fuit
Iudeorum gens, que et si diuinis instructa esset legi-
bus, tamen impietate morum nihil distabat a genti-
lissimis (ut sic dicam) quibusq; imò iniquitate et sce-
lere omni deniq; flagitorum genere, longe lateq; vir-
cebat. Venale enim apud illos erat iuditium, iustitia
moribus corrupta et quorumvis exposita affectibus,
frigebat religio, adulterata iacebat fides, charitas aie-
tem extincta penè nullum inter illos sui habebat ue-
stigium. At contra luxu, auaritia, libidine, rapina,
violentia et cedibus omnia madebant, que et si so-
la diuinam in se vindictam exasperarent, prouoca-
bant tamē hypocrisis fictaq; religio potissimum: quem=

admodum

Flagitia
Iudeorū.

admodum itaq; Dominus in Numeris dixit, Quousq;
 irritabit me populus iste : expostulat nimurum ipsa
 res aliquando, ut tandem eos peste extinguam. Ita
 in hoc loco dicit, Septuaginta hebdomades definitæ
 sunt populo tuo & ciuitati tue sanctæ, ut ijs quidem
 absolutis consumatisq;, consumem etiam & flagitio-
 sos & flagitia. Quasi diceret, hactenus quidem ini-
 quitatem illorū dura seruitute puniui in Babylone,
 sed nec quicq, cū certo sciā posteros hinc nihilo me-
 liores reddi, tandem itaq; delebo eos uerissima πα=
 ρολεθρία. Ad quem sensum & hoc quod sequitur,
 facit: Præscriptæ sunt populo tuo & sanctæ tue urbi.
 Hac emphasi uelut ireiçiens gentem Iudaicam. Sole-
 mus enim irati reos deprecatoribus pducere & ad-
 dere: En habes tuum illum hominē, pro quo tam anx-
 iie orabas. Porro Sanctā uocat Hierosolimā, quod Sancta
 perpetuum urbis est epitheton, quasi tu nunc dicas, urbs.
 Fœlix Tygurum, Populosa Berna, Conſtans Conſtan-
 tia, Inclita Basilea. Nō quòd ipsa ædificia sancta sint:
 sed quòd sacrosanta in hac augusta urbe, & electo
 populo, designarit altissimus. Et sanè toti Iudeorum
 genti ac uniuerso regno ista c munitaneur, cuius qui-
 dem Metropolis erat Hierosolyma, id quod ex Iose-
 phus testatur in septimo Antiq. lib. cap. 3. Quemad-
 modum itaq; montem Auentinum pro tota usurpa-

DE HEBDOMADIS

mus Roma, et montem Zion, pro tota Hierosolyma=rum urbe. Sic ipsam Hierosolymam aliquoties legimus pro tota Iudeorum regione positam. Ceterum de ista miserabili urbis ruina paulo post plura dice=mus: hic satis fuerit obseruasse diuinam quidem uin=dictam lento gradu (ut ille aiebat) prodire, at ubi satis cessatum fuerit, grauitate poenarum pensari suppli=cij tarditatem. Caveamus ergo ne quis nostrum longanimitate dei abutatur peccandi licentia.

De pecca=toriū ex=piatione

Quae autem sequuntur de peccatorum expiatio=ne et semperna iustitia, in Christo Iesu completa sunt. Nam per hunc consequi sumus eternam re=et iustitia. demptionem. Est enim agnus, siue hostia illa, dei, que pro nobis oblata, omnia delicta, genialem quoq; morbum, aboleuit. De qua re qui uelit copiosiora uide=re, legat insigues illas duas Pauli epistolas ad Ephesi=sios & Colossenses: nos in praesentiarum unicum ex Hebreis Pauli locum, satis, huic negotio nostro, esse putauimus, is sic habet: Christus una pro peccatis ob=lata uictima, perpetuo sedet ad dexterā dei, id quod superest expectans donec inimici eius reddantur sca=bellum pedum ipsius. Unica enim oblatione absolu=t ac perfectos effecit τοὺς ἄγιαν Ρωμένους idq; in sensu=piternum. Proinde in hoc unico Christo Iesu salutem consequti sunt, quotquot ab exordio mundi ad cœ=lorum

lorum regna peruererunt. In hoc eodem seruabuntur omnes predestinati in extremū iudicium usq;. Quoz niam in illo complacitum est patri uniuersam plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare cuncta erga se, siue quæ in terra sunt siue quæ in cœlis. Hinc factum, ut libere apud Ioannē ipse edixerit Christus. Ego sum ostium: Quisquis aliunde introgredi tentauerit, is fur est & latro. Ego enim sum via ueritas & uita: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et Petrus Apostolus neque enim in alio quoquam (inquit) quam in Christo, salus consistit: nec aliud nomen sub cœlo hominibus datum est, in quo saluari oporteat. Ideoq; recte prædixit diuinus propheta Daniel, fore, ut sempiterna oboriantur iustitia. Siquidem ubi fuerit plenaria peccatorum remissio, ibi nulla oblatione opus pro peccato. Cessauit enim (ut Paulus ait) peccatorum conscientia. Atqui in nouo testamento plenaria, iusta ac absoluta est peccatorum remissio. Id quod liquet Hieremie trigesimo primo. Hebræorum octauo & decimo. Proinde consequens est, nullum restare, noui testamenti populo, sacrificium pro peccato: ac propterea Christi iustitiam esse sempiternā. Erubescant ergo quotquot iustitiam parari docent operibus ab misero homine profectis, aut Sacrifigis missarum nundinis, aut monastica hypocrisi. Eru-

DE HEBDOMADIS

bescant quotquot aliam satisfactionem, aut saltem non solam Christi mortem, aliam deniq; condonatio= nem noxae, aut certe non solam Christi redemptio= nem, reuerentur. Nam si ex nobis est iustitia, iam Chri= stus frustra mortuus est. Si pontificalia confessio, liberum arbitrium et caro Christi comanducata, aut certe exterioreceremoniae, iustitiam conferunt: quomodo dicemus Christum unicam esse hostiam et sempiter= nam iustitiam? Ea demum uera est iustitia, que ab= soluta est perfectibilia. Sola autem fides uerè de= dum pacat: Fidem itaq; ueram iustitiam esse necesse est. Et cum fidem dico, rem creditam intelligo, Chri= sti uidelicet iustitiam, cui se credit humana mens, à Deo instructa.

Prophe= tia obfir= gnatur.

Sed quid est quod dicit: Tunc et uisio et prophes= tia explicabuntur, et inaugurarabitur sanctus sancto= rum? Certe quod lex et prophetæ usq; ad Ioannem pertingant. Hic enim primus omnium Christum ue= nisse adseuerat, et legis et prophetarum lumen. Nam per Christum Iesum omnibus ijs satis fit, quibus ueterum mentes tenebantur suspense. Satis facit ille legi: quod et Paulus testatur ad Roma. s. Rursus si quæ figura obscurior, si uerborum aliquod inuolu= crum, si nubes uisionem obducat, mox atq; Christus fuerit adhbitus, apparet genuinus sensus. Et Noui te= stamenti

stamenti codices in hoc sunt omnes, ut probent Iesum illum esse Christum, in quo omnia illa cōpleta sint, quæ futura prædixerant prophetae & Moses. Quis enim nescit apertissima ista Pauli uerba: quibus se coram rege Agrippa expurgat in Actis, dicens: Nihil aliud doceo, quam id, quod prophetæ prædixerunt futurum, & Moses: An passurus sit Christus: an prius ex resurrectione mortuorum, lumen annunciaturus sit populo & gentibus? Sic inquam uisio & prophetia simul ad Christi Iesu prædicationem explicantur, ut nunc omnis disparet obscuritas, resulget atq; lumen fidei per Christum Iesum dominum nostrum. 2. Corinth. 3.

Quod uero unctionem attinet, hæc paucis accipe. De unctione quemadmodum apud nos electi coronantur reges. one. Sic apud Hebreos inungebantur. Coronatio autem ueluti testatur ac cōmonstrat illum ipsum imperij esse primatem. Proinde & unctionis idem significat. Quo fit, ut nos id, quod alij transtulerunt: Et unctionis sanctus sanctorum, uerterimus: Tunc inaugurabitur sanctus sanctorum. Inaugurantur enim (ni fallor) apud Suetonium, quibus iam cōmittuntur regni gubernacula. Hanc itaq; unctionem Christi fusi tractant Apostolorum literæ, declarantes Iesum Christum illum esse regem, illam hostiam, illumq; pontificem, qui in

DE HEBDOMADIS

Soliū David patris sui collocatus, & iure iurando cre-
atus sit à Deo sacerdos secundum ordinem Melchi-
zædæc, adeoq; & spiritu sancto inunctus (quemad-
modum et propheta ait) præ cōsortibus suis. Nam &
Reges & Sacerdotes ungebantur, sed oleo quidem
typico. Christus enim uerè unctus est, ac uocatus
Sanctus sanctorum. Verum istæc Apostoli (ut monui-
mus) dignius tractant, Ioannes in primo & tertio ca-
pite. Acta in quarto, &c. Interim ne hoc quidem
dissimulandum, apud Hebreos ista prophetæ uerba
sic habere, **רְבִישָׁה קָרְשָׁה קָרְשִׁים**. Iam si ha-
benda erit exacta punctorum ratio, nemo est qui non
uideat ista prophetæ uerba sic esse reddenda, & ad
unguendam sanctitatem sanctorum. Significat enim
קָרְשָׁה Sanctum, sed **קָרְשִׁים** Sanctimoniam. Nisi
ergo punctorum enallage sit, certe aut & uerois est:
ut cum uere cundum appellamus uere cundiam: ita ut
etiam hic per Sanctitatem intelligas Sanctissimum il-
lum dei filium, specie quadam superlationis. Aut hoc
sensit propheta, Christum Iesum omnium sanctorum,
id est, fidelium, sanctificationē, tum fore reuelandam:
quemadmodum scriptum est, Iesus Christus factus est
nobis à Deo sapientia, iustitiaq; & sanctificatio, &
redemptio. 1. Corinth. 1.

Cæterum

Cæterum sic, ea quæ diximus, intelligas uelim, quòd ab ea copia, quæ uobis dabitur, ut Hierosolymam repetere eamq; possitis denuò reædificare, usque ad Christi Messiae ue principatum, erūt hebdomades septem et sexaginta dies. Habitabitur enim ac denuò reparabitur vrbs vñà cū mœnijs, quam non sine magna eorum temporum afflictione.

Nemo adsequi potest elegantiam insignem ac artificium cultissimum sacrarum literarum, siue quis spectet grauitatem, siue perspicuitatem, siue dispositionem, siue breuitatem, siue copiam, deniq; & eloquitionis ornamentum. Hactenus enim mediocritate uerè Rhodiensi, omnia quæ dicturus erat, exposuit. Nunc uerò redit & Asiana exuberantia pulchre omnia digerit, copiosiusq; singula exponit: & ne commixtiones meras harenamq; sine calce (ut olim de Sexnece scriptis iudicabat Calligula) componeret, pulchre præcedentibus adpendit consequentia, ad hunc

DE HEBDOMADIS

modum: Cæterum ea quæ diximus sic uelim intelligas.
Est enim hæc transitus ac connectendi quedam for-
mula, obscurior quidem si uerba sic anumeres, Scito
ergo & animaduerte. At nihil minus explanandi
forma atq; hæc in Corinthijs Pauli , Hoc autem dico
fratres, id est, Intelligite rem propositam ad hūc mo-
dum. Nam diuinus uates aperit uersibus sequentibus
mysterij partem propositi hebdomadis , quid uideli-
cet futurum sit, & quomodo proposita quæq; suo or-
dine sint adimplenda. Et hoc quidem uersu duo po-
tissimum docet, primum captiuitatem fore finiendam,
urbisq; ruinas reparandas. Sequndum , quo tempo-
re regnum adepturus ac auspicaturus sit rex Israël, id
est, quo ab urbe restituta sit uenturus Messias.

De limiti- Hallucinamus ergo pleriq; in hoc quod non uide-
bus com- mus , ubi nam annorum circulus aut incipiendus sit,
putatio- aut claudendus etiam. Alij enim à Cyro ordiuntur, à
nis. Dæro Hispaspe alij, alij uero à Babylonica captiuitas
te . Rursus sunt qui usq; ad Christi natalē numerant,
alij ad crucem, ad Tyberium uero nonnulli. Huc au-
tem adiungunt alios separatae hebdomades : alijs nebus
las offundit libertas à Cyro donata. Sic enim aiunt.
Diuisio hebdomadarū satis manifeste coarguit prio-
res illas septem locandas esse ædificatio templi , poste-
riores uero. & temporibus Christi, quippe, cum mox
ucluti

ueluti per expositiuam sequatur: Et rursum edificaz
bitur platea &c. Rursus et propheta (inquiunt)
Scito ergo et animaduerte (ait) ab exitu sermo=
nis ut iterum edificetur Hierusalem. Iam uero hoc
uerbi sub Cyro exiuit. 1. Ezrae. 1. Proinde hebdomaz
dum computatio a Cyro ad Christum usq; pertingit.
At qui nodum querimus in Scyrpo, cum Daniel aperte
satis restitutam urbem carceris loco esse uelit, princi
patum autem Christi methas. Porro quod hebdomad=
es sic separat, ut dicat, Erunt hebdomades septem
& sexaginta duae. Perhibent alij de Idiomate esse
sermonis Hebraici. Quid quod septenarius numerus
in hoc preponitur, ut intelligamus prophetam loqui
de annorum hebdomadis, quae infallibiliter inuenias=
tur, si septuagenaria decas inquiratur per septena=
rium numerum? Accedit ad hoc, quod ipsa Danielis
uerba satis manifeste testantur septem illas hebdomad=
es primarias templo non esse locandas, at reliquas
ad Christi extendendas aduentum. Nam Daniel tem=
pli nullibi meminit, de moenijs uallo, et urbis repa=
ratione sermonem texit. Est enim **הַחֹבֶת** tota illa
intercapedo urbis qua concluditur pomerijs: Die
gantzen zarg vñ der gantz vnbreyß der statt
muren. Quam olim aratro signasse fertur Romulus
in condenda urbe Romana. Et cum paulo superius d̄

DE HEBDOMADIS

cit Hierosolymam fore reparandam, non ad initium
Structure*æ* siue ad templi primaria respexit funda-
menta: sed uerius ad absolutum urbis ædificium. Tem-
plum enim urbs nō est, quanto minus ara? At qui hæc
potestas urbem uidelicet restaurandi, Iudeis neque
à Cyro, neque sub Dareo, facta est, sed sub Artaxer-
xe longimano. Prius enim si quid felicius cœpissent,
in felicius ferro et flammæ peribat. Quomodo mox
Persica patebit historia. Quod autem mox sequitur,
Habitabitur enim ac denuo reparabitur urbs, non in
hoc adiicitur, ut tantum ad septem priores hebdoma-
des referatur: Sed ἐπένδυσις uerius siue ἀποφορὰ
est, redit enim ad id, quod dixerat Hierosolymam
esse reædificandam, quasi diceret, Quia à priuilegio
reparandæ urbis numero, ne mireris. Nam populus
redibit in Iudeam, ac urbem denuo restaurabit: sed
sic ut ea restitutio magno multoq; sit sudore paranda.
Siquidem Cuthæi (quos Iosephus Samaritas putauit)
conatus uestros maximis conabuntur impedire uis-
ribus. Hinc in Nehemia legimus Iudeos quidem sic
extruxisse urbem, ut altera gladium strinxerint, al-
tera uero ædificarint. Que sane pericula hic futura
prædictit propheta. Denique angeli unicum studium
fuit, Christo suo, certū prescribere tempus, non etiam
urbi numeratum. Satis esse putauit, si reparandam
diceret.

diceret. Quod & in termino excidioue pari modo obseruauit, Coniicit enim urbis ruinam in tempora mortis Christi, non quod simul atque moriebatur, urbis quoq; cōsequitus sit occasus, sed quod mors Christi potissima erat deuastationis causa. Ex quibus constare putamus hebdomades illas septem & sexaginta duas non esse separandas: sed schemate & inuolucro quodā esse diuisas. Sed ne illi quidem satis diligenter Danielis rimantur uerba, qui à Cyri libertate computationem ordiuntur: Quod prophetæ uerba satis clare explicit, de qua libertate sit loquutus: non tam de ea, qua reuersi sunt, quam de hac, qua omnia pri- stino nitor i restituerunt, templum uidelicet, mēnia, uallum, fossas, uicos, plateas, propugnacula, turres totam deniq; urbem. Sed age ostendamus ipsis etiam historijs ista neque sub Cyro contigisse neq; sub Dā- reo, sed sub Artaxerxe longimano. Etsi enim manu- mitteret Cyrus, impediabatur tamen opus: & quan- quam sub dareo construeretur templum, nulli tamen surgebant muri, nulla erat urbis faties: proinde ne tum quidem Danielis aderat terminus: Quo fit, ut re uera sic se hoc habeat negotium.

Cyrus Persarum regnum post Assyrios & Medos Cyrus rex primus omnium excitauit, vir clemens ac fortis & ad res summas natus, utpote, cuius & Isaias meminit, in

• DE HEBDOMADIS

45. multa magnaq; de uiro hoc præagiens, potissimum uero, hunc à Deo, in hoc ordinatum esse, ut populum Israëlis restituat, Id quod factum testantur sacra literæ. 1. Ezræ. 1. In anno primo Cyri regis Persarū, ut compleretur uerbū Domini ex ore Hieremie prophetæ, Suscitauit Dominus spiritum regis Cyri, &c. His uero pulchre consentiunt ea quæ Iosephus scribit Antiq. lib. ii. cap. 1. ad hunc serè modum: Primo imperij anno regis Persarum Cyri, cui septuagesimus concurrebat captiuitatis Iudaicæ annus, postq; seruierunt Nabuchodonosor eiusq; nepotibus, rursum eos ad propriam (sicut per Hieremiam ante urbis excidium prædixerat Dominus) restituit terram, et templum reædificare et præterita frui fœlicitate decreuit. Hic ille Cyrus tandem à Thomiri regina uitatus et occisus est, cù iam (ut Probus perhibet in. 1.) annos regnasset triginta.

Cambyses Cyro parenti successit Cambyses filius, in sacris etiam Artaxerxes uocatus; idem ille qui templi restitutionem, sub Cyro coeptam, impediuit, tributaq; imperauit, præterea et Asuerus dictus. Sic enim legis mus. 1. Ezræ 4. Samaritæ subsidia auxiliaresq; copias sibi conduxerunt, ut conatum impedirent Iudeorum, id quod etiā succedit omnibus diebus Cyri regis: post cuius obitum et Asuero siue Artaxerxi scripserunt

perunt accusatoriā epistolam, qua permotus Persa=rum rex, in hanc rescripsit sententiā, Prohibeatis uis=ros illos, ut urbs illa nō ædificetur &c. Ex qbus collis=quescit Danielis terminū, nō modo non esse sub Cyro cōpletum, sed ne sub Cambysē quidē. Sub quo & ea facta traduntur, quæ legimus in Iudith historia. Ea ^{Iudith.}
 & si apud Hebreos nō habeatur, tamē à Nicena Sy=nodo intra Canonē recepta est. Vocat aut̄ hunc Cam=bysen Nabuchodonosorē, certe ob flagitia & crude=litatē: nō secus ac si tu Maxentiū appelles Neronē. Ille uero defunctus est in Damasco, cū ab Aegyptiaca re=uerteretur uictoria, anno regni octauo.

Defuncto Cambysē Magi tenuerunt regnum, an̄ Magi=no non amplius uno, ut Iosephus indicat in. II. Antiq. Nam quod Trogus istos septem præfuisse annis per=bibet, recte contemnitur ab Anto. Sabellico.

Atqui authore eodem Togo Dareus Histaffis fi=Dareus Hi=lius, unus è septem illis Magis fuit, ille nimirū, qui in=stafpis. industria Equisonis cuiusdā, regnū adeptus est, quiq; à Milciade in campis Marathonijs (ut & apud Aemiliū Probū est) terrestri pugna superatus est, desyde=ratis milibus. C C. Habuit autem ille in delitijs Zoro=Zorobab=balem, quem & extulit, & cœptā templi restauit bel.=rationē permisit. De qua re plura. I. Ezræ 5, & apud Iosephū lepida in, II. Antiq. cap. 3. Sub hoc prophes

DE HEBDOMADIS

tauerunt Haggæus & Zacharias prophetæ. Regnabit autem annis triginta sex, urbe Hierosolymorum adhuc non restituta.

Xerxes. Huic succedit Xerxes, strenui parentis, strenua proles, omnium Persarum regū (ut Trogus in. 2. assert.) longe potentissimus & maximus; ille qui decies centena hominum milia in Græciam traduxisse dicitur. De quo plurima apud omnes penè cum Latinorum tum Græcorum historias: quomodo ad angustias Thermopylarum castris exutus, à Themistocle item & Cimone victus, tandem in Mardonia strage penitus succubuerit apud Boeotes. Imperavit autem annos uiginti, atq; Ezram manumissum & epistolis commendatum Siriam ablegauit. 1. Ezre 7. ubi & Artaxerxes cognominatur. Sunt tamen qui hoc longimanum fecisse uelint.

Ezras.

Artabas-nus. Porro Xerxem regem iamiam genio indulgentē, luxuq; penitus sepultum, trucidarat in regia Artabanus homo ferox, proinde & loco eius regnauit annis septem. Interim Xerxi filius erat, qui postea dictus est Artaxerxes, hic adulescens adhuc sed prudens erat, & alacer: unde Artabanum per industriam aggressus, obtruncauit (ut Herodotus refert in s.) nimis parentis necem vindicans. Hic ille est, sub quo ea gesta sunt, quæ scribuntur de Hester & Mardocheo, ut testatus

Artaxerxes longimanus.

Hester.

testatur Nicephorus author Græcus. Interim nō igno-
ro alios quidē hanc historiā tribuisse temporibus Ar-
taxerxis Mnemonis. Vnus Lyranus acumen quoddam
ingenij sui ostentat, cum hoc loco Mardochei annis co-
natur historiā Hester in Cambysis reiçere tempora.
Si enim hic Assuerus (ait) ille Artaxerxes, siue Longi-
manus, siue Mnemon, esset, iam consequeretur Mardo-
cheum uixisse plus quam. 259. annos: quod nō uidetur
esse uerisimile. At nō uidet uir bonus eadē temporum Aduerjus
ac etatis ratione & suā collabi opinione. Si enim o= Lyranum.
mnes Mardochei recensuit maiores, iam cōsequetur
Iairum Mardochei patrē, & Semei auū, plures qua-
dringentos sexaginta quatuor exegisse annos. Totis
dem enim cōputantur anni à regno Dauidis, in quo
Semei adultæ etatis uir erat. 2. Reg. 16. usq; ad impes-
rium Iechoniac, in quo Mardocheus (ut Lyrensis utar
uerbis) ad minus decē annorū fuit, Proinde si iuxta Ly-
rani computationem uerisimile non est Mardocheum
annos uixisse. 259. eadem ratione sequetur, neq; Semei
attigisse annos ducentos triginta duos, neq; Iairū. 232.
Vt nunc nō referā Semei etatem haud minorem Da-
uidis extitisse, qui quo longius ante regni gubernas-
cula uixit, hoc longius Semei etas porrigitur ultra
464. annos. Quo sit, ut hoc, quod ipsa res est, das-
re cogamur, scriptorem Hester capite, 2. noluisse

DE HEBDOMADIS

singulatim omnes eius profapiæ uiros recensere : sed nominatissimostatū, uidelicet ut generis Mardochei apareret principium. Cuius generis & alia plurima in Sacris inuenias exempla. Hęc autē non abs re uero bosiis tractauimus, quod ij probabunt, qui Lyrani in hunc Danielis locum legerunt scripta. Iam uero ad

Nehemias Artaxerxem nostrū reuertimur, qui Nehemia Israëlitā usus est pincerna. Hic Nehemias ad hunc modū gentis suæ uices, corā hoc Artaxerxe deplorat: Quare non mōrebat uultus meus? Quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius cōbuscū sunt igni. Nehe: 2. cap: Et mox. Si uidetur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Iudeam ad ciuitatē sepulchri patris mei & ædificabo eam. Quid quod apertius in 1. cap: dici tur? Murus Hierusalem dissipatus est & porte eius cōbuscū sunt igni &c. Ex Quibus omnibus Satis cōstant à Cyro ad hunc Artaxerxem usq; Danielis terminum de Hierosolyma reconducta non dum uenisse. Hic primum Artaxerxes longimanus, flexus ad Nehemias preces, urbem restaurari Præcepit. Id quod etiā factum est: Quanq; nō sine exiguo ædificantium periculo. Sic enim futurum prædixerat Daniel. Sic completem legimus in huius eiusdem Nehemiae opusculo. At cū ista sic gererentur, agebatur uigesimus Artaxerxis annus.

Et hacte-

Et hactenus historijs cum sacris tum prophanis
 Daniele uero potissimum indice, inuenimus, ubi nam
 ordienda sit hebdomadum computatio, nempe à ui-
 gesimo Artaxerxis regis anno. Videamus nunc ubi
 69. hebdomades (totidem enim constituunt. 62. si se=ptenario addantur numero) sint claudendæ. Certe ibi
 demum, ubi finiendas prædixit propheta: non ad Na=tiuitatem Christi, sed ad principatum Christi. Nam sic
 habet Daniel: Ab ea copia quæ uobis dabitur, ut Hic
 rosolymam repetere, eamq; possitis restaurare, usq;
 ad Christi principatum numerabuntur hebdomades
 septem, & sexaginta duæ. Quod enim alij uenterunt,
 Usq; ad Meßiam principem: malui ego ἐτέψωτι p ex=plicare, ac dicere: Usq; ad Christi principatum. Vsur=patur enim persona pro ipsare. Atqui principatus
 Christi in ipsa non cœpit pueritia, sed in. 15. Tiberij
 anno: id quod & Lucas testatur in capite tertio, quo
 & lectorem remittimus. Inuenimus itaq; & methas
 istarum hebdomadarum. 15. Tiberij annum.

Ergo poste aq; uidimus uniuersam computandi ra=tionem, caput & calcē; agē uideamus, quomodo heb=domades. 69. adimplete sint, hoc est, quo pacto nume=rentur à. 20. Longimani anno, usq; ad. 15. Tyberij, an=ni quadringenti octoginta treis, totidem enim annos
 efficiunt hebdomades sexaginta nouem.

DE HEBDOMADIS.

Artaxerxes itaq; Longimanus regnauit, authore
Togo in 5. annos quadraginta & unū: certe à dimis-
so Nehemia annos uiginti & unū. Patri successit Da-
reus cognomento Nothus, & excedens anno regni
uigesimo nono, imperium filio Artaxerxi reliquit.
Hic Mnemon cognomine uocabatur, ille quē Eusebius
(ut supra monuimus) Assuerum putat, Hesleres ma-
ritum. Vixit autem in imperio annos uiginti quatuor.
Hoc defuncto Artaxerxes cognomento Ochus, Mne-
nonis filius, regno inauguratus est, & regnauit au-
thore Togo in .10. annis uiginti sex. Post Ochū im-
perauit Narses, quem alij nominant Dareum Argū,
is, ut est author Herodotus, à Bagoo eunicho inter-
fectus est, anno regni quarto. Narses ille Dareum, qui
& Melas, habuit regni successorem. Hic non est stir-
pis regiae, sed Persa Arsami filius, Armenicis clarus
uictorijs. Quare & ob bellicas uirtutes, à Persis in
regiam subiectus est, idem grauiſſimum bellū, uaria
diu fortuna, cum Alexandro Macedone, geſſit: tandem
uero uictus uitam unā cum Persarum regno finiuit,
cum iam praeſuſſet annis uiginti quatuor. Regnaue-
runt ergo Perſæ à Cyro usque ad uigesimum annum
Artaxerxis Longimani annis centum uiginti duo-
bus, & ab hoc usque ad Alexandrum annis centum
uiginti octo, in ſumma ducentis quinquaginta: atque
totidem

Dareus et
Alexan-
der.

totidem colligit etiam Strabo in II. Geographiæ.

Porro Alexander Maceo, qui à Persis ad Macez Alexandri donas Alexandrinos seu Ptolomæos transtulit imperio drini. rium, monarcha uixit annos quinq;. Nam regni Macedonici, cuius duodecimum agebat annum, non est necessum meminisse: nisi uelimus eosdē annos secundo computare, & in Persarū & in Macedonum imperio. Ei uero succēs̄it Ptolomeus Soter, Lagi filius, & regnauit annis quadraginta. Post quem imperauit Ptolomeus Philadelphus, ille, qui Demetrij Phaſ Lxx interlerei impulsu, Hebraica biblia, in Græcam transferri pretes, curauit, idq; per septuaginta interpretes. Cuius rei meminit Iosephus in duodecimo antiquitatū libro capite 2. Philadelphus ille nobilem illā Alexandriæ bibliothecam 700 circiter milium uoluminum construxit, quæ postmodum à Romanis inuita Cæſare Iulio concremata est. Vixit autē annos triginta octo. Post hunc regnauit Pto: Energetes annis uiginti quinq; Sub quo Iesus ille filius Sirach Ecclesiasticum conscripsit. Ab hoc imperauit Pto: Philopater annis sedecim. Deinde regnum tenuit Pto: Epiphanes annos uiginti quatuor. A quo Pto: Philometor annos triginta quinq;. Atq; sub istis duobus contexta est Machabeorum his Machabei storia. succēs̄it deinde & aliis Pto: Euergetes & imperauit annis 29. Post quē Pto: Phiscon, q; & Soter,

DE HEBDOMADIS

annis septēdecim. Hinc Ptole. Auletes, quē nonnulli
Alexandrinum cōpellant, annis decē. Cui surrogatus
est Pto. Cleopatræ qui regnauit annos octo. Ei uero
Ptolomæus Dionysius qui imperauit annis triginta,

Cleopat- Cleopatra autem mulierū nobilissima, cui tam suave
tra. fuit ingenium, tanta in loquēdo facundia, tam iucun=da conuersatio, ut his dotibus adiuta forma admodū
aliās liberalis, incredibiles in animis hominum exci=taret affectus. Perhibet enim Plutarchus hanc pro-nūciasse dulcissimo oris sono, uolubili lingua & quasi
instrumento quodam plurium chordarū. Illa, inquā,
Cleopatra uiginti annis præfuit, & imperium sub
Augusto Octavio amisit. Nam hic C. Corn. Gallū præ=secit Aegypto: unde ex totum Alexandriæ imperium
redactum est in prouinciam. Cum iam Alexandri
regnum obtinuissent annis à Monarchia Alexandri
Romani. Macedonis, usq; ad Augustum. 297.

Omnes uero anni Octavianī imperij computantur
apud Iosephum quinquaginta septem. Atqui si Euse=biij
calculo credimus in 2. cap. 1. lib. Eccl. histo, iam Iesu
sus Christus secundo ex quadragesimo imperij Ce=saris Augusti anno, ab Aegypto uero subiugata 28.
natus est. Quo fit, ut à deuicto Antonio et amore ex=a=tincta Cleopatra, Augustus monarcha imperitauerit
annos quadraginta treis. Si enim. 28. annis addas. 15.
annos,

annos, quibus post natum Christum imperauit Monarcha, Constitues annos quadraginta tres. Atq; hoc demum tempore ē uiuis excedens Augustus, regnum reliquit Tiberio: cuius decimoquinto anno cœpit principatus Christi apud Lucam in tertio.

Itaq; si nunc accipi as centum & uiginti octo annos ex Persarum regno. Ducentos uero ac nonaginta septem ex Alexandrinorum, & quinquaginta octo ē Romanorum imperio iuxteris, inuenies annos quadrage-
tus octoginta treis, hoc est, septem illas & sexaginta duas, in summa. 69. hebdomades.

Hic admonitum uolo lectorem secum expendat, De regno quod & quale sit Christi regnū. Certe tale nihil quā le Iudeorum pleriq; expectant, carnale. Audis enim principatum eius i. Tiberij anno cœpisse. Quod si Lucam cōsulas, comperies Ioan. Baptistam prædicans se regnum dei, fidem in Deum, & uitæ innocentiam, per Iesum Christū. Proinde regnum Christi spirituale est. Nā cū alibi apud Lucā ipse Christus à Pharizeis interrogaretur, Quando uenturū esset regnum dei. Sic enim illi percontantur de aduentu Messiae, quem in hoc à Deo pollicitū sperabant, ut Gentium imperio se levaret, solusq; et monarcha in orbe regnaret, fuis sis fugatisq; Iudeorū hostibus, sed respondet, Regnum dei non ueniet cū obseruatione: neq; dicent, Ecce hic,

DE HEBDOMADIS

aut ecce illic: ecce enim regnū dei intra uos est. Quis
bus uerbis, reiicit illorū carnalem de aduentu Messiae
opinōne, docens regnū dei siue Messiae, non esse tale,
quale soleant habere prouinciarū regnorūq; proce-
res, qui Metropolim habent certā, quiq; locorū &
rerū gestarum circumstantijs, legū ac uictoriarū mis-
raculis agnoscuntur. Quin si creditis (ait) longa non
est opus percontatiōne: enī adēst regnum dei, to-
tumq; hoc intra uos peragitur, quod pphetae perda-
gendū prædixerunt. In eandē prorsus sententiā, & si
perspicatius, & Pilato percontanti de regno, respon-
det: Regnū meū nihil cōmune cum hoc mundo habet.
In hoc itaq; rex sum, quod in hoc natus sum, et hac po-
tiſſimum causa in hunc ueni mundū, ut testimoniuſ ſe-
ram ueritati. Proinde quotquot fidem & ueritatem
amant, iij de meis ſunt, iij me regē agnoscunt, ego uero
tales populuſ meum duco: Quare & propheta in car-
mine mystico de Christo canit, & ait. Et decore tuo
proſperare, equita ſuper uerbum ueritatis & man-
ſuetudinis & iuſtitiae, & docebit te terribilia dexte-
ra tua. Item. Sedes tua Deus in aeternum & ſemper,
uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam
& odiſti impietatem, propterea unxit te Deus, Deus
tuus oleo letitiae p̄e confortibus tuis. Proinde miſe-
ra Iudeorum gens plurimum errat, quod carnalia
ſperare

sperare audet: cum omnia sint spiritualia, & si non= nunquam prophetæ alluserint ad carnalia. Fit tamē hoc per hyperocham docendiq; gratia, uidelicet ut transcendant ad inuisibiles res per uisibilia, nobisq; magis cognita.

At post hebdomades istas sexa= ginta duas, excindet Christus, sed nequicq; Ciuitatem autem istā, at= que illud ipsum sanctuarium, de= populabit uastabitq; exercitus im= peratoris futuri, eritq; occasus eius cataclysmo similis. Ipsa uero defo= latio sic statuta est, ut simul ad bel= li finem fiat.

Prosequitur expositione quid deinceps futurum sit. Videlicet Iudeos Messiam suum in crucem actus= ros: quæ populi ingratitudo & se se & urbem tra= clura sit in ruinam & pernitiem. Hæc quidem isto= rum omnium summa.

Negligit aut̄ hac supputatione numerum septenaz

DE HEBDOMADIS

rium, et ponit dumtaxat 62. hebdомades: non quod
nobis quoq; negligendus sit: sed quia potiorem tantum
uoluerit nominare, atq; hoc minorē etiam cōprehen= T 39.
dere, nimirū Synekdocha quadā. In sequēti uero uer= T 39.
su clarius edifferit, in quē sensum hęc uerba capienda
Mors, in- sunt: At post hebdомades istas: nimirū in dimidio heb= T 39.
nocentia, domadis septuagesimae, occident Christū. En quid po= T 39.
& resur= terat dici apertius de passione & morte Christi? Et
rectio mox, Sed nequicq;. Audisti enim mortē, hic tandem audis
et uides resurrectionē. Conabantur Iudei crucis sup= T 39.
platio & uitam & nomen Christi tollere ē medio, sed
frustra. Nam tertio tandem die rediuius aparuit, ac
tum demū uere regnare cœpit. Id quod Apostolorum
literæ maiori exponunt gratia & euidentia. Recte
ergo ac pulchre Daniel prædixerat, fore, ut Christū
neci tradant: sed delusis eorū ac fruſtratis studijs. Sic
enim sonant Hebraica, נִלְאָרֵן & nihil ei. Est enim
sive ἀπωστολος ιωάννης sive ἐκλέατης ideoq; sarcinda
oratio, Nihil ei, uidelicet nocebit, aut uitæ nomini ue= T 39.
adferet detrimenti. Immortalis enim ē sepulchro pro= T 39.
dit, morte deuicta: quemadmodū pluribus indicat Pe= T 39.
trus Act. 2. 3. & 10. Septuaginta autem, sive quicūq;
tandem Greciae sapientes fuerint, ista Danielis sic red= T 39.
diderūt: νολή μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς. Ξβ. ξξος
λοθριβήσεται ζείσμα, ηγκρίμαδικέσσαι εμάου=

T̄. Id est, Et post hebdomades istas sexaginta duas
 exterminabitur unctio, & iudiciū nō erit in eo. Vsur-
 pant autē unctionē χρυστικ̄ē pro ipso Christo: est
 enim χριστός Græcis unctus, Hebræis מESSIAS
 dictus. Et iudiciū sive κρίμα, apud Apostolū quoq; si-
 gnificat culpam & crimen. Nimirū ut idem hic locus
 Danielis sentiat, quod et Iſaias prædixerat in cap. 53.
 Indicta causa citraq; iudiciū tolletur. Consonant his
 propheticis perbellè ea que apud Lucā de Pilato ad
 hunc leguntur modū: Obtulisti mihi hūc hominē, ue-
 luti Gentis nostræ seductore, & ecce cū etiam uobis
 præsentibus diligenter perquirā: nullū tamen in eo cō-
 perio crimen: immo ne ipse quidē Herodes, ullā inue-
 nit causam. Nam ad illū uos remisi, & ne sic quidem
 quicq; capitale aut morte dignū, cōpertum est. Sic, in-
 quam, suauiter consonant Moses atq; Iesus, prophetæ
 atq; Apostoli. De qua re utimā adhuc extaret Ammo-
 nij illius eruditissimi uolumē, cuius meminit alibi Eu-
 sebius. Sed & Latini interpretis expositio nō uidetur
 esse dissimulanda, ea sic habet: Et post hebdomades
 62. occidetur Christus, & non erit eius populus, qui
 cum negaturus est. Postremū autē membrū sive κόμη-
 μα addidit de suo. Cum enim uideret apud Ebræos
 tantū legi, Et nihil ei: ipse de Iudaico populo intelle-
 xit, & prouide ἀναντωδοτοπ sive defectum He-

DE HEBDOMADIS

braico sermoni subesse putans, id quod deesse videba-
tur, absolvit: interim hoc ipso alludens ad reijectionem
Iudeorum & uocationem Gentium. Sed dixerit ne hoc in
loco, iudicent alij. Mihi certe minus coactus uidetur
sensus si Danielē de resurrectione Christi loquutus di-
camus, aut certe quemadmodū et Septuaginta, de in-
Firmitas **& ueritas** **Christia** **-** **ne fidei.** Gaudendū porrō nobis est non
mediocriter quod de domino nostro Iesu Christo, tam
clarū et firmū habemus testimonium. Hic enim instrui-
mur de certo ipsius aduentu, regno, innocentia, mor-
te, mortis ui, iustitia & redēptione. Cedant igitur
ueritati inuitæ Iudeorum glossemata. Legant hæc, &
aliū posthac nō expectabūt Messiam ducē & redē-
ptorem. Siquidē Iesus Christus dominus noster, uerus
Messias, uenit, & sub præside Hierosolymorū Pilato
à propria gente occisus est, monarchiā obtinente Ti-
berio. Legant hæc quoq; Valentiniani & Martioni-
tæ, Arriani & Pelagiani, & errorem suū confitebun-
tur. Legatur & Isaias in cap. 53. qui et ipse tam aper-
teuaticinatur Christi incarnationē, crucē et regnum,
ut historiā texuisse, nō prophetiā scripsisse uideatur.
Sed et Iacob Patriarcha apud Mosen in primo mini-
me obscuris uerbis. Christo Messiae præfinit certū ad-
uentus terminum. Tum enim in proximo fore Chri-
stum, cum Israëliticum regnum occupauerint alieni-
genæ

gen. Id quod sub Octavio Augusto & M. Antonio factū legimus, qui Iudeæ præfecerunt Herodē hominē idumeum, illum qui ex regiam ferro progeniem sustulit ē medio. Hinc factū ut doctissimus Euangelista Lucas primum historiæ euangelicæ caput à Herodis regis mentione auspicatus sit. Sequndum uero ab Octavio Augusto & Cyrenio. Tertium autem à Tiburio Nerone, principibus alienigenis atq; gentilibus: istis ueluti per transcennam ostendens, iamiam ea esse completa tempora, que complenda retrò prophete prædixerant. Quocirca Christiani non erramus, neq; seducti sumus per Iesum prophetam magnum, quemadmodū magnis interim blasphemis, una cum Juliano & Porphyrio, etiam hodie nobis obijciunt Iudei: Hic enim Iesus Christus, dominus noster, Dei & Mariæ virginis filius, ille uerus est Messias in lege & prophetis promissus, in quo omnis est plenitudo, per quem & Deo reconciliati sumus, factiq; heredes uite æterne. Ei gloria & imperium semper.

Quæ uero sequuntur prædicunt & urbis & gentis De futura excidiū. Non quod id protinus ipsam Christi mortem Iudeorum consequitū sit: sed quod mors Christi potissima fuerit clade. causa deuastationis. Deniq; statim subijcitur. Ipsa uero desolatio sic statuta est, ut simul ad belli fine fiat. Id est, Vrbs tum primū uastabitur & ē fundamētis eructur,

DE HEBDOMADIS

cum iam totum bellum ad urbem expugnandam fuerit translatum, subactis prius omnibus circumquadrigionibus, ut simul cum urbe excisa, finiatur etiam bellum. Quod quomodo completum sit, posteriori uersu producemos ex Iosepho. Nunc euangelica de urbis excidio, excidij ue caussa, proferemus testimonia. In euangelio secundum Lucam, in hunc modum prædictit dominus: Siquidem & tu Hierusalem agnosceres, quid in ista diuina vindicta essem passura, nimur iam omnibus in hoc incumberes viribus, ut cum deo redires in concordiam, potissimum nunc, cum te proprio inuisit filio. Sed quid haec cum occœcata sis, & iræ diuinæ ultioniq; reseruata. Aderit enim tempus cum te inimici tui uallo circumdabunt, cingentq; & coangustabunt te undiq;, & solo æquabunt te cum ciuibus tuis, inò ne lapidem quidem relinquent super lapidem: Propterea quod non agnoueris tempus uisitationis tuæ. Et iterum Hierusalem que occidis prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui congregare filios tuos, sicut ales nidum suum sub pennis, & nolui stis. Ecce relinquetur domus uestra deserta. Dico autem quod nō uidebitis me, donec uenerit tempus cum dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Quibus non intellexit eam acclamacionem, qua illi ingredienti acclamabant: Sed plane remors

remouet atque reiicit Hierosolymitas, quasi diceret.
 Quandoquidē et meos et me perpetuo cōtemnitis,
 hinc etiā ego à uobis recedā, inq; tantas erumnas uos
 præcipitabo, ut quām libentissime succineretis ueluti
 gratulatoriū benedictus qui uenit in nomine domini.
 Si saltem aliquis ueniret à domino missus, ut uos col-
 ligeret. Præterea legimus in Iosepho et Eusebio ca-
 lamitates Iudeorum mox ingruisse à morte Saluato-
 ris. Nam misérè afflixit eos Cuspius Fadus, adflixere
 quoq; alij Romanorum præsides, De quibus docte et
 diligenter Iosephus scribit De bello Iudaico.

Iam ne ulla in uaticinio esset obscuritas, Duce uia Vespaſianū
 cum exercitu, periphrasi quadā exprimit, per quos nus et Ti-
 ista erant perficienda, periphrasi inquam haud teme tus duces.
 raria: Sed ea, qua uaticinium refricaret Bileam in
 Numeris Moseos ille, post longa (inquit) tempora ue-
 nient Romani celerrime in triremibus de Italia, supe-
 rabuntque Asianos siue Aſirios: deinde uastabunt
 etiam Hebreos, ultimo tandem et ipsi peribunt. Nam
 Vespaſianus imperator cum filio Tito, gentem Iudei-
 cam excidit, urbē diruit, templūq; cōuulsit, tanta ce-
 leritate, tāta itē ferotia et crudelitate: ut ea de uasta-
 tio nihil fuerit mitior Iudeis, atq; Cathaclysmus e-
 rat incredulo mundo. Quomō enim tunc nulla expe-
 ciabant hominum ac habitationum residua uestigia;

DE HEBDOMADIS

sic intra biennium Iudea sic uastabatur, ut habitatam nunque crederes. Id quod sequenti uersu copiosius expo netur.

Atque in postrema ista hebdomada, testamentum cum multitudine sancitum, confirmabit, inque eius hebdomadis dimidio, abrogabit uictimam & oblationem. Sed ipsum locum uastabit ad internitionem usque abominanda desolatio: Quae tamen & ipsa certos sibi terminos habet praecriptos.

Exponit hoc uersu postremo luculentius & copiosius, que paucioribus perstrinxerat in proximo, Viz delicet occidendum fore Christum & expugnandam excindendamque urbem in una ista, hoc est, in postrema uel septuagesima hebdomada. Siquidem initio autem disti numerum totu*m* consistere intra septuaginta hebdomas. Cum interea nos in ipsis que precesserunt, non supputauerimus adhuc plures, quam sexaginta nouem. Restat ergo hebdomada postrema, hoc est, supersunt adhuc anni septem, qui quomodo adimplete sint, aut

sint, aut quid in eis contigerit, age uideamus.

Cœpit Christi Iesu principatus quindecimo Tiberij Computa-
rij Cæsar is anno. Mox enim atq; Ioannes baptisaret, tio ultime
docebat etiam Christus: Quemadmodum testatur Ios hobdo-
annes in .3. cum iam natus esset annos, ut Lucas per-
hibet, triginta. Prædicauit autem annos treis: quemad-
modum constans est omnium confessio, ex ipsa
etiam euangelicæ historiæ fides confirmat. Numerat
enim Ioannes tria paschata. Primum quod iam primo
prædicationis anno absoluto, ementes ex uidentes
templo exturbauerit Ioannis secundo. Secundū, quod
quinq; milia hominum pauerit in deserto, Ioannis 5.
Et tertium quod pro humani generis salute Deo patri
in ara crucis oblatus sit, ac satisfecerit omnibus in leg-
ge et prophetis de eo scriptis, subiiciens, consumma-
tum est, Ioan. 19. Falso itaque colligit Hirenæus, qui
existimat Christum quinquagesimum penè attigisse
annum: nimirum Iudæorū delusus hyperocha, de qua
Ioann: s. Falso colligit et Tertulianus, q sentit Chris-
tum trigesimo ætatis sue anno excessisse. Si enim Lu-
cae et Ioannis aquiescimus testimonio, iam trigesimo
tandem et tertio anno occisus est. Præterea natus est
Christus .42. anno imperij Augusti: hinc si computes
oës Augusti et Tiberij .18. annos, comperies triginta
treis annos. Nam Octavius à nato Christo imperauit

DE HEBDOMADIS

annis quindecim. Ei successit Tiberius et regnauit usq; ad baptismum Christi annos quindecim. At tertio post baptisma anno, Christus cruci affixus expirauit. Idcirco recte computamus omnes uitae Christi annos. xxxiiij.

De abro-
gando sa-
crifitio,

Posteaque uero in crucē adactus iam exhalasset spiritum, mox uelū templi, quod separabat sancta à reliqua parte templi, scissum est à summo usq; deorsum. Quare altissimus subindicare uoluit, Mosaica iam esse disrupta, idest morte ac oblatione sanguinis dominici antiquatas, immo impletas esse Iudaicas umbras, sacrificia inquam et omnes ceremonias, adeoque finem impositam esse uniuerso sacerdotio: Quod sanctissimus ille dei filius se se immaculatum deo semel obtulisset, manens sacerdos in perpetuum secundum ordinem Melchizædæk. Verissime ergo predixerat Daniel: Et in hebdomadis dimidio abrogabit uictimam et oblationem. Continet enim hebdomada (ut nunc sepe monuimus) annos septem. Incidit autem Christi passio in finem anni tertij, ac principium quarti: ergo et in dimidiatam hebdomadam. Tunc peccatorum remissionem per sanguinem Christi cōsequuntur sumus: testamentum illud uidelicet nouum cuius alibi meminit Hieremias et Christus Matthei 26. Paulus item ad Heb:s. et 9. Vbi etiam copiosiora legere licet: quomodo

Gellius in
3.cap.14.

quomodo Christi morte testamentum confirmatum sit, abrogata quoq; oblatio, penitusq; aboleta sint o^{mnia sacrificia. Sed post Christi resurrectionem &} adscensionem ad cœlos, Apostoli multo preclarius quam hactenus, utpote spiritu sancto donati, prædis carunt Christum aduersus Iudaismum. In qua functione cum Stephanus diaconus non esset postremus, ab impijs occisus est, triennio ferè à domini discessu completo. Et hoc quidem sic extincto, seuisse in alios Christum confitentes, mota est persecutio, adeò ut pleriq; Christianorum à Iudeis urbe sint exacti. Atq; ita postrema quoq; hebdomada adimpta est, in qua per Christum imprimis, deinde per Apostolos cessauit sacrificium & oblatio: in corde autē piorum uerius, quam in impiorū templo. Quanquam sanguinarij iam non Deo amplius litarent, sed dæmoni. Et hactenus quomodo septuaginta hebdomadæ sint impletæ, primum septem & sexaginta due, deinde uero unica illa postrema.

Vbi uero nunc sunt iactabundi illi Thrasones ac De sacrifici Stentores, imò tenebriones uerius, qui clamitant: Vis ^{cio Missæ.} dete Christiani Lectores, an non diuinus propheta prædixerit fore, ut aboleatur sacrosanctum Missæ sacrificium. Iudicate interim an non Zuingliana heresis pulchre ista compleuerit? Pulchres sanè, si Dijs pla-

DE HEBDOMADIS

cet, et si missa est Iudaicum sacrificium. Certe iam scopum attigisti prophetæ. Verū tales estis turpisisti mi, ut quos nullius poenitentia mendatijs, sic nullius etiam pudeat sacrilegij. Attamen hoc ipso, ultore Deo, dignas temeritatis poenas pendistis. Siquidem quoties ista nostra occurrunt lepida commenta, non sine risu ista Crassi ingerere possum. Similes habent labra lactucas. Nihilo enim deo gratiora sunt Missæ sacrificia, atq; olim erant et nunc quoq; sunt, Iudeorum libamina. Pergite ergo eos nobis, quibus ipsi pereatis, laqueos, porrigeret.

De exci-
dio gentis
& urbis.

Iam uero ut pergamus, in ultima ista hebdomada, ad eo in se diuinam iram concitarunt Iudei, ad eo urebat item: innocentium sanguis, ut inde à morte Christi, mox multis malis afflicti, tandem à Romanis penitus excisi sint. Id quod Daniel sequentibus sic predixit futurum: Sed ipsum locum uastabit ad internitionem usq; abominanda desolatio. Sic enim per Espanaphoram redit ad id quod superiori uersu dixerat de excidio. Hic ergo ille locus est, ad quem nos remisit Christus in Euangelio, dicens: Cū ergo uideritis abominationem desolationis, de qua dictum est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, et ubi non oportet, qui legit, legat. Quasi dicat, longa dissertatione non est opus, Danielem consulite, hunc diligenter legit, ubi de

ubi de abominanda differit desolatione, & uidebitis
quæ uentura sint, & quando uentura sint. Vocauit
autem Christus abominationem desolationis, per He=
braismum quendam, abominandam uastationem, clas= dem diram, cruentasq; strages, & lugubria funera,
deniq; diram totius belli fati, fragorem, flammam
& ruinam. Hanc per prosopopœiam siue lithopœia= stare dixit. Et locum adeoq; ipsum phanum nuncupa= uit sanctum augustum, & celebre. Et postremo per
Mimesim, stantem ubi no oportet (das sy vnbillich
bedücke wirt/vn billich nit sin sölte) adiecit ceu
Epitafin. Nam ut olim de Solomonis præsagierat tem=
plo, futurum ut, deficiente populo, domū istam in sy= bilum daret & stuporem. Sic præsentibus & Christus
& Propheta horrendam præsagiunt deuastationem,
qua uidelicet dominus, tantam urbem, in qua tanta
fecerat miracula, item tam numerosum populū, quem
tam tenerè dilexerat, dederit in tantam calamitatem
& in tam inexpectatum præcipitiū. Et sanè templo=rum ædificia, imprimis uero Hierosolymitani templi
nomen, apud omnes penè gentes sacro sanctum erat:
Hoc itaq; terribilis & incredibilis erat, et hoc ua= stationi debere obnoxium esse: neq; uero uulgari de= uastationi, sed abominandæ, & quæ carebat exem= plo. Nos enim πανολεθρίαν uertimus, hoc est, inter=

DE HEBDOMADIS

nitionem, quod Hebreus pluratio numero & per
incrementum quoddam dixit שׁקְרַצִּים abominati-
nes desolationis: sensum uimirum ē sensu. Hæc autem
omnia & urbis & gentis aggrauant excidiū. Quare
non immerito Christus dixit: Væ autem prægnanti-
bus & lactantibus in illis diebus. Erit enim adflictio
magna in terra Iudeæ & ira in populo hoc, adeò ut si-
milis nō fuerit, neq; deploratior ulla futura sit, ab ipso
orbe condito, ad hoc tēpus usq;. His uero pulchre con-
sonant Iosephi uerba in. 7. de bello Iudaico, cap. 18.
Cæsar iubet totā iam funditus urbē, una cū ipso etiam
tēplo, eruere, relictis quidē turribus, quæ præter alias
eminebāt Phaselo Hippico & Mariamne, muriq; tan-
to, quanto ciuitatē ab Occidente cingebant, id quidē
ut esset castrū illis custodiæ causa relinquēdis. Turres
aut̄ ut posteris indicarent quantā ciuitatem quām
munitissimā, Romanorū uirtus obtinuisset. Aliū uero
totū ambitū ciuitatis ita cōplanauere diruentes, ut qui
ad eā accessissent, habitatā aliquando uix esse crede-
ret. Quæ sane pulchre (ut uides) cōsentiūt cū his pro-
phetae uerbis, et illa Christi υπερβολή: Nō relinquent
in te lapidē super lapidē. Huc plurimū faciūt etiā ista,
quæ ad hunc modū in 4. historiarū li. Eusebij legimus,
Iudæi. 18. principatus Helij Hadriani anno ab omni
regione finitima Hierosolymis penitus arcebantur:

cum

eu sanctione diuine legis, tu maxime cōstitutionibus et
decretis Hadriani: ita ut ne de excelsiore quidē pro-
spectu eminus eis, saltē paternū solū prophanis obtu-
tibus liceret inspicere. Ariston Pelleus Historiogra-
phus eadē sic prosequitur. Ita factū est ut ciuitas post
interitū Iudaicæ gentis, incolis mox in eā peregrinæ
nationis confluentibus, permutatis ciuibus, etiā ipsa
Helia appellaretur ex cognomēto imperatoris Helij
Hadriani, & ut in Romanorum ius conuersa, ritū pa-
riter mutaret & nomen, &c. Vide ergo amice Le-
ctor quanta sit diuina vindicta; ut ille in eos seuiat,
qui bonitate dei contempta, aspernantur poenitentiā.
Evidem mea sententia uidetur Hierosolyma omnīū
sæculorum esse exemplar, in quo ceu in speculo & in
expressa uidemus imagine bonitatem dei & iram.
Bonitatem quidē erga eos qui in testamento suo per-
sistunt. Et iram qua in eos fertur, qui bonitate cōtem-
pta aut ab eo deficiunt, aut ueritati cum perfidia re-
sistunt. Cauemus igitur, nam ista quidem nostri cau-
sa conscripta sunt.

In fine uaticinatur reliquias Israëlis fore saluanas Reliquie
das. Proinde idē hic adseritur quod & à Paulo propterea Israëlis sal-
fertur de conuersione Israëlis ad Dominum, Rom. ii. uande.
Deniq; & apud Lucam ab ipso Christo sic adumbras
tur. Et Iudei captivi ducentur in omnes Gentes, ipsaq;

DE HEBDOMADIS

Hierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora Gentium. Iam uero ut hactenus Messiae omnia fuere spiritualia: sic posteris nulla carnalia speranda

Ad Iudeos. Nunc itaq; ô Iudei conuertimini ad Deum patrum uestrorum et ad expectatum illud semen. Iesum Christum.

Videtis enim ipsi, nisi ipsa cœcitate malitis esse cœciores, uobis non esse illum aliud regnum, nullum alium ducem, regem ex Messiam expectandum, nisi eum, qui iam ante mille quingentos penè annos in hunc mundum uenit, Iesus Christus, qui pro omnium salute cruci adfixus est: In hunc credite nobiscum et uiuite. Quod si agnitus contempseritis ueritatem, accusabit ipse uos Moses, cui feditis, cui et nomina dedistis. Hic enim ille noster κούφως, de hoc nostro domino Iesu Christo sic uaticinatus est. Prophetam suscitabit uobis dominus Deus uester, de fratribus uestris mei similem, audietis eum iuxta omnia que fuerit uobis loquutus. Futurum est autem ut omnis anima que non audierit prophetam illum exterminetur ē populo. Non audierunt autem Hierosolymitani, proinde excisi sunt. Certo igitur etiam uos simul peribitis, nisi Christo Iesu fidatis. Et hactenus de uaticinio et hebdomadis Danielis, de Messia quoq; de Iudeorū regno, urbe et populo, deq; restituzione et excidio.

Ista uero omnia protulimus sine p*re*iuditio, huc
unice spectates, ut quam simplicissime ea traderemus,
que ueræ pietatis sunt. Proinde si n*u*c didicistis Iesum
illum dei et Marie uirginis filium, uerum ac à pro-
phetis pollicitum esse Messiam, strenue satis labora-
tum putabo, quid enim æque necessarium, quid per-
inde à misero requiritur mortaliū genere, atq; agni-
tio dulcissimi domini nostri Iesu Christi? qui usq; adeo
dilexit improbum et ingratum genus humanum, ut
è cœlorum regia, in uirginis delapsus uterum, ac ue-
ra carnis trabca uestitus, tandem pro peccatis nostris
cruci suffixus est, mortuus quoque ut uitam nobis sua
innocenti morte reduceret: ac uiuifica resurrectione
confirmaret. Pro quibus illi laus gloria et gratiaru-
actio semper.

73074

2

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

990

991

992

993

994

995


996


997

998

999

1000





द्वितीया गुरुलोकः ज्ञानो द्वारा प्राप्ति इव एव
द्वितीया गुरुलोकः ज्ञानो द्वारा प्राप्ति इव एव
द्वितीया गुरुलोकः ज्ञानो द्वारा प्राप्ति इव एव

902-5

